

TEXTO S

COLECCIÓN DIPLOMÁTICA RIOJANA

ILDEFONSO M. RODRÍGUEZ DE LAMA

(Canónigo Archivero Capitular y Diocesano de Calahorra)

(Continuación)

151

12-V-1134

1.048-18

El emperador Don Alfonso de Castilla hace espléndida donación al monasterio de S. Millán de palacios, villas y heredades en los pueblos de Madriz, Fonzaleche, Quintana, Vallarta, Arce, y otros.

«In nomine Domini. Ego Adefonsus Dei gratia imperator Ispaniarum una cum uxore mea regina dompna Berengaria, dono et confirmo atque roboro Deo et monasterio Sancti Emiliani et tibi Petro abbati, sub cuius regimine et gubernatione regula beati Benedicti ibidem videtur custodiri et monachis omnibus ibidem Deo regulariter servientibus, presentibus et futuris meos palacios in Matrice cum omni hereditate sua et villulam heremam Valles cum suo termino et sua hereditate et sua pertinentia. Dono etiam in Fonte Lactis duas ecclessiolas cum suis cimiteriis et in duobus locis eiusdem ville duos solares eremos pernominatos solares de Quintana et solares de Poblados cuam sua hereditate. Dono in Cardinas illos solares regalengos cum sua hereditate. Dono in Ballorchanos unam ecclessiam Sancti Martini cum suo propio cimiterio et cum omni hereditate sibi pertinente. Dono quoque in Villa Nova unam ecclessiam Sancti Martini cum suo cimiterio et cum omni hereditate sibi pertinenti et illos solares regalengos qui sunt in Villa Nova cum omni hereditate regalis eiusdem ville. Dono etiam et corroboro in Cova de Gallegos totam illam partem que est regalenga cum omni sua hereditate et termino et pascuis et paludibus et aquis et introitibus et exitibus et cum omnibus his que ad villam de Gallegos pertinere noscuntur.

Similiter confirmo et corroboro monasterio Sancti Emiliani

illa tria monasteria que comparavit domna Sancia de Sancio rege in tria milia et quingentis solidis argenti, videlicet: Sanctam Marian de Arce et Sanctum Mametem et Sanctum Martinum de Cova de Gallegos cum propria villa sua et tertiam partem ville Sancti Emiliani de Ecora. Hec omnia confirmo supradicto monasterio cum omnibus suis pertinentiis et terminis adiacentibus, defessis, montibus et paludibus, cum terris, vineis, ortis et cum aquarum productilibus pactefactis, cum suis exitibus et introitibus. Dono etiam aliam ecclesiam in Ballorchanos de Iuso cum suo cimiterio. Dono quoque unam sernam in Sancto Mikaele de Petroso que fuit vinea regis cum suo orto. Preterea omnes hereditates et villas et monasteria et posesiones sive donativa que predecessores nostri Ispaniarum reges domino Deo et prefato monasterio Sancti Emiliani cuncta libera et ingenua atque franca esse iubemus et spontanea voluntate et corde sincero monasterio predicto et fratribus ibidem Deo servientibus presentibus et futuris donamus et corroboramus et presente pagina ut ea in perpetuum habeant sancimus. Sane, si quis in posterum ex nostra sive ex alterius progenie hanc cartam donationis nostre et corroborationis temerario ausu infringere, violare vel disrumpere temptaverit stigiales penas in inferno inferiori cum Iuda Domini traditore perpetualiter luat et cum Datan et Abiron quos terra vivos absorbuit in baratri clauso perhenniter socius fiat.

Facta carta in Era M.^a C.^a LXXII.^a, IIII^o Idus may. Adefonso Imperatore imperante in Toleto, regia urbe, et in Legione et in Castella atque Naiara in anno quo mortuus fuit rex Aragonensis. Ego Adefonsus Dei gratia Imperator Ispaniarum una cum uxore mea dompna Berengaria hanc cartam confirmo et propria manu corroboro. Feria III.^a Post Pentecosten in quo sumpsi primam coronam regni. Bernardus Segontinus episcopus confirmans. Sancius Naiarensis episcopus confirmans. Berthanus Oxomensis episcopus confirmans.

Columna a): Comes Rodericus Gonzalvez, testis

Comes Petrus Lopez, testis

Comes Gomez Nunnez, testis

Lupus Didaci Bizcayensis, testis

Sancius Didaci, frater eius, testis

Garsias Fortunionis, testis

Columna b): Gutier Petrez Laorcha, testis

Didacus Munnioz, testis

Garsias Garsiez, testis

Gutier Fernandez, testis
Rodericus Munnioz de Gozman, testis
Lemendus Bofini, testis
Ordonius Petrez, testis
Rodericus Gonzalvez de Olea, testis.

(En medio de ambas columnas el signo rodado con la inscripción): Signum imperatoris Adefonsi. Amalrricus Alferiz, testis. Lupus Lupi maiordomus, testis.

(Deabajo). Ego Berengarius, Archidiaconus et Imperatoris notarius hanc cartam iussu domini mei Imperatoris, scripsi.

(Al Dorso). Privilegio del rey Don Alfonso que dio los palacios de Madriz, y las dos iglesias de Fonzaleche y Arze y Cueva Gallegos de Pancorbo al M.^o.

152

IV-1163

19-VIII-1.304

1.409-19

Amigable composición entre el monasterio de S. Millán y los canónigos de Burgos, sobre las tercias episcopales de las heredades de Ribarredonda y otras fincas, situadas en la diócesis de Burgos. Confirmada por el Papa Inocencio III.

«Sepan cuantos esta carta vieren et oyeren [commo en el] anno Domini millessimo CCC^o quarto, miercoles dicenuef dias de Agosto parecieron en juicio ante mi maestre Arnalt, canónigo de Burgos, Vicario General del onrrado Padre e Sennor, Don Pedro, por la gracia de Dios, Obispo de Burgos, Johan Perez Prendol?, canónigo de Burgos que ha el tercio pontifical en la Iglesia de Santa Maria de Riba Redonda por si e por los clérigos de la dicha eglessia de Ribarredonda de la una parte e Ferrant Perez, Prior de Berviesca, procurador del abbat e del convento del monasterio de Sant Millan de la Cogolla et Domna Lambla Diaz, morador en la Casa de Santa Cruz que el dicho monasterio de Sant Millan tiene en Sancta Maria de Ribarredonda de la otra parte. Et Ferrant Perez, prior mostrió una procuracion sellada con dos seellos del abbat et del convento sobredichos, el tenor de la cual procuracion es este que se sigue:

Sepan cuantos esta carta vieren et oyeren, como en presencia de mí, Domingo, abbad, notario publico de Sant Millan e de los testigós de yuso escriptos, el onrrado Sennor Don Fortun Sanchez por la gracia de Dios, abbad de Sant Millan de la Cogolla e todo el convento dese mismo logar, fizieron e estable-

çieron et ordenaron so cierto procurador a Ferrant Perez de Vallarta, prior de Birvesca su compañero absente en todos los sus pleitos espirituales e corporales que han e esperan haber contra cualesquier omnes eclesiasticos o seglares de cualquier condicion que sean o ellos an o esperan aver contra ellos. Et specialmente en el pleito que mueve o entiende mover Johan Perez, canónigo de Burgos contra Domna Lambla Diaz de Santa Cruz de Riva Redonda parrochiana et degannera? del dicho monasterio sobre los diezmos que él demanda de los heredamientos de la Casa de Santa Cruz que labra Domna Lambra que pertenescen al dicho monasterio o de otra cosa cualquier que el dicho Johan Perez demande a ellos para ante el Ondrrado Padre e Señor Obispo de Burgos o ante sus vicarios o Vicario o ante otro cualquier Juez eclesiástico. Et dieronle poder para responder, para demandar... e para todas las otras cosas, segund que han menester et requieren especial mandado... E este instrumento fue fecho en Sant Millán... Idus augusti, anno domini mill.^o CCC.^o quarto. Testigos que fueron presentes e rogados...

Et la dicha procuracion leida, el dicho Johan Perez por si e por los dichos clérigos de Santa María de Ribarredonda, dijo que Domna Lambra Diaz la sobredicha, labrava e facia labrar los heredamientos de la Casa de Santa Cruz de Ribarredonda, ...que non daba nin quiere dar la decima de los frutos... e que mandase... a la dicha Domna Lambra Diaz que diese el diezmo de los frutos que Dios le daba e ella cogia en los dichos heredamientos... a la Iglesia de Santa María de Rivaredonda... e que la condemnase en cient maravedis. Et Ferrant Perez prior e procurador sobredicho por nombre del abbat e del convento sobredichos e de la dicha Domna Lambra Diaz que estaba presente, dixo que... la iglesia de Santa Cruz de Rivarredonda que pertenece pleno iure al monasterio de Sant Millán de la Cogolla e ella e los otros omnes que tuvieron la dicha Casa de Santa Cruz siemore dieron el diezmo de las dichas heredades a la dicha iglesia de Santa Cruz. Et sobre el diezmo de las dichas heredades et de todas las otras heredades que el dicho monasterio ha en el Obispado de Burgos, que ha composición el dicho monasterio con la Iglesia de Santa María de Burgos Confirmada del Papa Inocencio tertio, que todos los diezmos e derechos de las dichas heredades sean del dicho monasterio de Sant Millan. E por estas razones sobredichas e cualquiera dellas, pidió a mí el dicho prior procuratorio nomine que

diese por quitos al abbat e al convento sobredichos e a la dicha Domna Lambra Diaz de la dicha demanda que fiço el dicho Johan Perez del diezmo de las heredades que son del monasterio de Sant Millan. Otrosí pidió a mí el dicho Vicario que fisiere guardar la dicha composición así como fue guardada por el Obispo e por el Cabildo de Santa Maria de Burgos hasta aquí. Et los tenores de la dicha composición e confirmacion son estos que se siguen:

Rerum omnium dominus et conditor unus providens conmoda humane saluti rerum ecclesiasticarum que in controversiam veniunt facto pacis federe počius vult perstringi quam litigio terminari. Res enim ecclesiastice concordia crescent, discordia decrescunt; cum itaque salvare sollicitudo omnium ecclesiarum sit pacem diligere in pacis dilectione si qua licigiosa in ecclesia Dei occurrerint pietatis intentu concordia se dare controversiam Burgensis ecclesie et monasterii Beati Emiliani diutius agitatam et a nullo praedecessorum nostrorum actenus terminatam; justius voto pacis compellimur terminare quod obstinata... licigii contendere: pacis enim oleo et legum vino tota plebium massa qui salutari statu concreta felix coheret. Et ne factum nostrum posteros latere queat questionem Burgensis ecclesie et transactionem monasterii beati Emiliani cum Burgensi Ecclesia memoria scripto tenenda se necessarium duximus. Burgensis ecclesie impetrabat monasterium beati Emiliani super tertiis hereditatum predicti monasterii que sunt in dioceſi Burgensis ecclesie asserens predictas tertias iure cathedralis ecclesie ad Burgensem soectare ecclesiam; abbas et monachi contra porponabant monasterium beati Emiliani predictas tertias regia donatione et pontificali auctoritate quorumdam episcoporum Burgensis ecclesie habere et quia perpetuum iure dotis habiturum instanter contendebant: ad hanc namque littem terminandam... et extirbandam Ego Garsias monasterii beati Emiliani abbas communi consilio et pari voto monachorum eiusdem monasterii. Ferrandi prioris, Gundisalvi sacriste, Sancti prepositi, Andree refectorarii, Stephani operarii, aliorumque omnium monachorum predicti monasterii; hereditates illas quas habemus in villa de Silos et in Acetores? damus Burgensi ecclesie in perpetuum habendas et possidendas cum omnibus pertinentiis suis... et ducentos moravetinos quos vel in mensa vel in usibus canonicorum ad eorum voluntatem expendendos exsolvimus.

Inde est quod ego Petrus Burgensis ecclesie episcopus auc-

toritate domini nostri J. X. et B. M.... gratuita voluntate omnium canonicorum Burgensis ecclesie, prioris [borra o], Martini archidiaconi, Johannis, arc., Roberti, arc., Petri Mathei, arch., Petri Enneches archi., Guidonis, archi., Petri canthoris, Gundisalvi, sacriste aliorumque omnium canonicorum absolvimus et concedimus monasterio beati Emiliani predictas tertias omnium hereditatum que sunt in diocesi Burgensis ecclesie in perpetuum habendas et possidendas et quidquid iuris super his tertiiis Burgensis ecclessia habuit vel se habere actenus interposuit, totum illud deponimus et ex hodierna die sempiternum silentium super his tertiiis successoribus nostris tam episcopis quam canonicis, tam absentibus quam presentibus imponimus; hanc solam exceptionem inducimus quod si ex hinc monasterium beati Emiliani regia donatione seu potentia terre, villas, terras, vineas, vel quamcumque hereditatem in diocesi Burgensis ecclesie acquisierit, in illis nichil iuris, nichil decimarum Burgensis ecclessie monasterium Beati Emiliani sibi usurpet sed ratum et illibatum Burgensis ecclessia conservet... ut huius transactionis robur ac valitudo in perpetuo solidata permaneat rigore utriusque ecclessie testium eorumque subscriptionibus presentis pagine privilegium florere utile ac necessarium duximus. Ego Petrus Burgensis ecclessie episcopus hoc privilegio laudo et confirmo et propria manu hoc signum facio (*signo*). Ego Prior Michael laudo et confirmo. Ego Martinus archidiaconus laudo et confirmo. Gundisalus de Sancta Cruce laudat et confirmat. Ferrandus Fernandez cf. Dominicus abbas de [...] cf. Rodericus abbas de Salas cf. Johannes de Villa Ayuda cf. Petrus Iohannes de Corita cf. Omnis conventus ecclessie Burgensis cf.

Facta carta huius privilegii mense aprilis in era millesima. CCI^a. Regente rege Aldefonso...

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et conventui Sancti Emiliani salutem et apostolicam benedictionem. Ea que concordia vel iudicio statuuntur ne in recidive contentionis scrupulum... presidio communiri. Eapropter dilecti in domino filii: vestris iustis postulationibus gratam convenientiam impendentes conquestionem inter ecclessiam beati Emiliani et cathedralem ecclessiam Burgensem super tertiiis omnium hereditatum que sunt [...] sic de voluntate omnium fratrum ipsorumque ecclessiarum sine pravitate facta est et utriusque recepta et actenus observata auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo

homino (*sic*) hominum licitum sit hanc nostre paginam confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datam Lateranense, ii. idus maii, pontificatus nostri anno secundo.

Vistas e leydas la dicha composicion e confirmacion, yo maestre Arnalt, canonigo et Vicario... del obispo de Burgos avido consejo con omnes letrados... pronuncio que vala e sea guardada en todo la dicha composición... e assuelvo al dicho Ferrant Perés...

Esto todo fue fecho en Burgos en el anno e en el mes e en el dia sobredichos...

(Al dorso):

Santa Maria de Rivarredonda n° 39, cajon once.
Procuracion de Rivarredonda, Cajon XII.

23-X-1173

4-2-1471

153

1.048-20

Traslado de una Bula en favor de S. Millán y contra el abad de Oña, que no guardaba la composición y acuerdo realizado entre ambos sobre oblaciones, diezmos y sepultura de los párroquianos de la iglesia de Altable y ordenando se destruya el oratorio del monasterio de Oña.

«En el logar de Berceo a quatro dias del mes de febrero, año del nascimiento de Nuestro Señor Ihesu Xº. de mill e quattrocientos e setenta e un años, estando ende sentado en juysio... parecio presente... Sancho Fernandez de Solorzano, monje del monasterio de Sant Millan de la Cogolla... e mostró e presentó una carta de privilegio escripta en pergamino... su tenor de la cual es este que se sigue:

Jacintus Dei gratia Sancte Romane Eclessie diachonus cardinalis Apostolice legatus. Dilectis in Xto. filiis ff. Sancti Emiliani et Iohanni Oniensi abbatibus, salutem in Domino.

...contra Oniensem monasterium eo quod non servasset compositionem quam fecimus inter eccl Elias prefatas quondam cum legationem in Hispaniis fungeremur... confirmatam auctoritate Romanorum Pontificum Adriani et Alexandri... super párrochianis, decimis et oblacionibus eccl Elias de villa Artable... firma et stabilis permaneat... corpora vero quorumdam paro-

chianorum, ecclesie pertinentes ad monasterium Sancti Emiliani que sepulta sunt in cimiterio oratorii oniensis si sine gravi scando. et parentum offensa potuerit fieri extumulentur et cimiterio ecclesie Sancti Emiliani restituantur... et oratorium dictum penitus destruatur nec ulterius ex ea causa destructum edificetur...».

154

23-II-1184

1.048-21

Carta de donación de Martin Lopez de Nograno al monasterio de San Millán de ciertas fincas en Nograno, Estrada y en otras villas.

«In Dei nomine et eius gratia. Ego Martinus Lopez de Nograno, Dei clementia suadente, bono animo et sana voluntate offero, et tota mentis devotione dono Deo et Sanctis. Confessoribus Emiliano et Felici et tibi Ferrando abbatи omnibusque monachis ibidem Deo servientibus tam futuris quam presentibus omnem meam medietatem hereditatis quam forte divido, cum mea sorore donpna Legundia. Scilicet in Yffiertos cum sua hereditate cum suo termino et cum suis solaribus et cum suis arboribus, fructuosis et Estrada cum sua hereditate et suo termino et cum suis arboribus fructuosis et villam Sancti Bartholomei cum suis casaribus, ultra rivum et citra rivum et cum suis arboribus fructuosis et villam Sancti Vincentii cum suo termino et cum sua hereditate et suis arboribus fructiferis et villam Faiolas cum suo termino et sua hereditate et suis arboribus fructiferis... De omni ista supradicta hereditate quam ego adquisivi de domino rege Aldefonso, do totam medietatem cum pascuis, cum montibus, cum rivis et cum suis exitibus et ingressibus, cum omnibus suis pertinentiis pro mea anima et pro anima omnium parentum meorum monasterio Sancti Emiliani iure hereditario in perpetuo habendam.

Facta carta in monasterio Sancti Emiliani. Sub Era M^a. CC^a. XX^a. II^a. VIII^o kalendas marcii. Regnante Rege Aldefonso. in Toletu et in omni Castella. Dominante Borovie et Castelle Vetus et valle de Govia, Didaco Lopez testis. Ferrandus Martinez de Moneo, testis. Sancius Lopez, testis. Dompnus Lucas alcaiad de Castello Naiare, testis. Petrus Aznarez, testis.

(Al dorso):
Carta de la donación de Martin Lopez de Nograno, en Nograno e en Estrada et in certis villis.